

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Voluntas u
cum fonte primo

Nil offertur
Deo diucius bona uoluntate. Voluntas
autem bona est,
sic proximi aduersa, sicut
nostra pertimescere; sic de prosperitate
proximi, sicut de nostro profectu
gratulari; aliena dampna nostra credere,
aliena lucra nostra deputare; amicum
non propter mundum sed propter Deum
diligere, inimicum eciam amando
tollerare; nulli quod pati non uis facere,
nulli quod tibi iuste impendi
desideras denegare; necessitati proximi
iuxta uires concurrere sed prodesse
et ultra uires uelle.

Gregorius omelia V. super euangelia.

Nihil quippe offertur
Deo ditius uoluntate bona. Voluntas
autem bona est
sic aduersa alteri sicut
nobis pertimescere, sic de prosperitate
proximi sicut de nostro profectu
gratulari; aliena damna nostra credere,
aliena lucra nostra deputare; amicum
non propter mundum sed propter Deum
diligere, inimicum etiam amando
tollerare; nulli quod pati non uis facere,
nulli quod tibi iuste impendi
desideras negare; necessitati proximi
iuxta uires concurrere, sed prodesse
etiam ultra uires uelle.

Gregorius Magnus, *Homeliae in euangelia*, 5, 3 (CCSL 141, R. Etaix ed., pp.35-6, ll.51-59).